

HVLDRICVS COMES IN MONTFORT.



Huldricus ex illustri familia comitū in Montfort natus, et in omni genere uirtutum educatus est. Patrem autem habuit Hugonem comitem præstantissimum. Itaq; cum artium & linguarū fundamenta feliciter iecuisset, animum ad armorū exercitia cōuertit. & Cæsaris castra aliquandiu secutus fuit. In ijs uerò talem se se exhibuit, ut eius uirtus & industria apud omnes prædicarētur. erat enim magna prudentia & naturali facundia conspicuus. Id cum Ferdinādus Imperator cognouislet, eum plurimum dilexit, atq; amplissimo senatui Archiduca li in Enlishaim supremum præfectum constituit. Eam prouinciam Huldricus summa animi moderatione administrandam suscepit, atq; res sibi commissas magna dexteritate expediuit. hinc factum ut nō modò subditis, uerùm etiam cunctis uiciniis gravissimus extiterit. In eo genere uitæ Huldricus etiamnū pergit, & suis officijs reliquos ad uirtutes incitat ut meritō is ceteris eius cōditionis uiris exemplo esse queat. Anon.